

Quæ blandas homini incutunt in pectora flammæ
Et pellunt mœstis tristia uerba uiris.
Me quoq; delectant (quid enim tibi uera recusem
Dicere) concentus, culte Iacobe tui.
Proximus Orlando quos miris flexibus edis,
Iagenij arcana dexteritate tui.
Audieram nuper, subitò cessere timores,
Fugit & ex animis anxia cura meis;
Diffugiunt mœsto ceu tristia nubila cœlo,
Cum mitis Zephyrus, uere iepente, reddit.
O numeri dulces, ô blanda uoce tenelli,
Spiratis cunctas & Vencrem & Charites.
Viuite nectareosq; illi instillate liquores,
Quicunq; hac regnans arte, uenustus homo est.
Tu ueniam concede, precor, mihi docte Iacobe,
Quod numeros numeris hos ego iungo tuis.
Nimirum hoc dulci est miscere absinthia mellis,
Virginea impura membra polire manu.
Sed fors inde tuis accedet gratia rebus,
Si numeris nostris plus valuere cui.
Perge modo aureolis hæc secula nostra libellis
Ornare, nuenies qui tibi gratus erit;
At reliqui ualeant, quibus est in pectore liuor,
Aut aquilæ nasus, quo tua scripta petunt.
Nasuti sint usq; licet, sint deniq; nasus,
In lucem tamen his non meliora dabunt.

Franciscus Raphael.